

III.

*König Ludwig verpfändet den Zoll zu Woudrichem für
20000 Pfund Turnosen an Herrn Gerard de Hoorne, de
Altena et de Perwez. Köln, 1323 Dezember.*

Abschrift aus Ende des 15. oder Anf. des 16. Jh. im A.R. Haag. (B)

Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Attendens grata obsequia que nobilis vir Gerardus de Huerne de Altena et de Peruweys nobis et imperio impendit et impendere poterit in futurum, theoloneum in opido de Woudrechem, quod ab imperio tenetur quodque dictus nobilis quibusdam terminis per annum de diversis mercymoniis recipere consuevit benignitate regia approbatus, extunc inantea titulo pignoris obligamus eidem et suis heredibus seu successoribus pro viginti milibus librarum turo-nensium parvorum continue recipiendum, quousque¹ nos aut nostri successores theoloneum huiusmodi pro dictis viginti milibus librarum obligatum voluerimus liberare² et acquitare. Et ut promissa inviolabiliter observentur et robur habeant firmitatis, presentes litteras sigillo magestatis nostre duximus communiri. Datum Colonie mensis Decembris anno domini m^o ccc^o XXIII regni vero nostri anni (!) propria (!).

IV.

*Quittung des Kanzlers Hermann v. Lichtenberg für Wilhelm
von Holland über 500 holländische Pfund.*

Speier, 1325 Mai 2.

Register EL 40 fol. 6 des A.R. Haag.

Nos Hermannus de Lichtenbergh sacre imperialis aule cancellarius tenore presencium recognoscimus et publice profite-mur quod, in quantum Iohannes dictus Crūs armiger famulus et ser-vitor noster a spectabili domino . . domino Willelmo comiti Hay-nonie pagatus fuerit et nostro nomine recepit³ de debitis in quibus nobis idem dominus comes videlicet quingentas libras hollandienses exstitit obligatus in parte et in toto, a tanta summa pecunie pre-dictum dominum comitem quitamus et ipsum presentibus dicimus liberum et solutum harum testimonio litterarum nostri sigilli muni-

¹) quousque B ²) liüre B ³) Hs., wohl statt receperit.